

QVARTI REG.

In secundo lib. paralip. cap. 22. tacito loco mortis: qui quoniam hic explicatur, manifestat quod Ochozias ex Samaria adductus est ad Iehu in Megiddo: & tunc occisus ab eo, mortuus est ibi, & non prima vice quando ipse fugerat in Megiddo. Et retulerunt cum serui eius in Ierusalaim: & sepelierunt eum in sepulchro suo cum patribus suis in ciuitate David. Et anno undecimo Ioram filius Ach'ab regnauit Achaz'ia super Iehudam. Quæstio statim oriatur: ex eo quod in praecedenti capitulo dictum est quod anno duodecimo istius Ioram filii Ach'ab regnauit Ochozias super Iudã: quomodo ergo nunc dicitur quod anno undecimo eiusdem regnauit? Solutio est quod virunq; est verum diuersimode. nam anno undecimo regnauit corregnando patri grauissima aegritudine laboranti, ut scribitur in paralipomeno: anno vero duodecimo regnauit succedens patri defuncto.

Venitq; Iehu in Izrebel: porro I'zel introitu eius audit de. pinxit oculos suos stibio. Hebraica litera sonat quod posuit nescio quid focum in oculis suis: & propterea non fiat vis in verbis. clarum est enim quod ad ornatum apposuit, quicquid posuit: ut ornatus capitum subiunctus testatur. & ornauit caput suum. Et respergit per fenestram ingredientem Iehu per portam. Palatiū regiū in platea iuxta portam ciuitatis (vtpote nobilissimo loco) erat: & ideo Izabel è fenestra vedit Iehu ingredientem ciuitatem. Vedit autem sic ornata, non libidinis, sed maiestatis gratia: ut subiuncta verba testantur. & ait, nūquid pax potest esse Zimri. Parui refert quod Hebraicè habetur. nū pax Zimri occides dominū suū? In tertio li. cap. 16. narratū est quod Zimri occidit Elam regē Israel dominum suū, vniuersamq; domū Bahasę: & quod septem diebus regnauit, succeditō, seipsum capta ciuitate ab Homri patre Ach'ab. Opprobando itaq; assimilat Izabel Zimri Iehu: vtpote imitatorē eius, in hoc quod occidit regē dominū suū. & cōminatur futurū ei bellum statim ad ipsius ruinā quemadmodū evenit Zimri, dicendo num pax: intendit enim negatiā. Vnde de cōmoto statim Iehu subiungitur. Lenauitq; faciem suam ad fenestrā, & ait, quae est ista. Hebraicè habet. quis meū quis nō interrogavit quāna esset (quoniam agnoscebat eam) sed ex citauit ministros ipsius Izabel cū ipsa existentes, sciscitando quis eorum consentiret ipsi Iehu. Vnde & subditur. & inclinauerunt se ad eum duo velires enuchi. Parui refert quod hebraicè habetur. & respexerunt ad eum duo tres enuchi. Sic iacet in hebreo: hoc est & respexerunt ad eum tanquam offerentes

CAPVT X.

238

ferentes seipso ad obsequium illius primum duo, deinde superuenit tertius ad fenestrā domus regiæ. Et dixit, precipitate eam, & precipitaverunt eam: aspersusque est sanguine paries & e- quorum vngula. Hebraicè habetur. & equi. aspersi sunt sanguine. Deinde sequitur. & calcauerunt eam. Potest tamen legi. & calcauit eam. vtrique tamen modo significatur quod multitudine equorum calcauit eam, & forte ipsem eam equo suo calcauit eam primus.

Cumque intrgressus esset ut comedere atque biberet, ait. Legendum est. Et venit & comedit & bibit: & dixit post prandium enim dixit subiuncta. ite & videte. Hebraicè habetur. ordinate nunc maledictam istam & sepelite eam. Disponi de sepultura & sepeliri mandat, quia filia regis, Sidoniorum, est. Non detulit regiē domui Ach'ab sed regi Sidoniorum. Iuerintque ut sepelirent eā: & non inuenierunt ex eanis calvaria & pedes & palmas manus. Reruerterunt sunt & nunciauerunt ei: & ait Iehu, sermo domini est quod locutus est in manu serui sui Eli' iahu Thisbiā dicendo, in agro Izrebel comedent canes carnes I'zel. Et erit cadaver I'zel fuit stericus super faciem terra in agro Izrebel: ita ut præterentes dicant, hæcne est illa I'zel. Iuxta Hebreum habetur. quod nō dicent, ista I'zel. Ex eo quod cadaver I'zel derelictum ut simus agri est, & canes comedenter fere totum illius corpus. consequens fuit ut non demonstraretur amplius I'zel. & propterea verificata est prophetia, quod nō erunt dicentes ista I'zel: quia nec cadaver eius demonstrabile erit.

CAPVT X.

Rant autem Ach'ab septuaginta filii in Someron: scripsitq; Iehu literas, & misit in Someron ad optimates ciuitatis & ad maiores natu. Iuxta Hebreū habetur. ad principes Izrebel senes, & ad nutricios Ach'ab dicendo. Quia Samaria erat ciuitas regia, ideo magnates Izrebel erant in Samaria tanquam optimates regni: nutricii autem Ach'ab appellatur illi qui nutriebat filios Ach'ab. Statim cū accepéreritis literas has, qui habetis filios domini vestri & currus, & equos, et ciuitates firmas, & armas: eligite optimū & reliquum filiorū domini vestri, & ponite cū sup soliū patris sui, & pugnate pro domo domini vestri. Optionē eis dat pacis vel belli. Timueruntq; vehementer. Hebr. habet. valde valde, ut intelligamus magnitudinem timoris. & dixerūt: ecce duo reges nō steterunt corā eo, & quomodo stabimus nos? Misericordia prepositi domus & prepositi ciuitatis & senes

QVARTI REG.

senes & nūtricū ad Iehu dicendo: serui tui sumus & omnia quæ dixeris nobis faciemus, non constituemus nobis regem, quicquid bonum est in oculis tuis fac.

Scripsit autem cū literas secundas dicendo: si mei esis & voc mea aedificat, tollite capita virorum filiorum domini vestri & venite ad me hac eadem horacras. Iuxta Hebraum habetur. sicut tempū crastini diei in Iizchel, nihilq; dicitur de hora. Phrasis autem Hebraica est, hoc modo significare tempus. porro filij regis septuaginta vii apud optimates ciuitatis nutriebantur. Legendum est, grandecebant, insinuarunt enim hinc quod pueri erant. Cāmque venissent litera ad eos, tulerunt capita eorum & iugularunt septuaginta viros: & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserūt ad eum in Iizchel. Venit autem nuncius & indicauit ei dicēdo, atulerunt capita filiorum regis: & dixit ponite ea in duobus accūris iuxta introitum porte usque mane. Cāmque diluxisset egressus est, & stans dixit ad totum populum: iusti esis. Hebraicē habetur. iusti vos, hoc est vos habemini iusti nemini nocentes: ac per hoc vos inuoco iudices & testes subiunctorum, si ego. Legendum est. ecce ego coniuravi contra dominum meum & interfeci eū, & quis percussit omnes hos? Proponit è regione gestorum à se, occisionem filiorum regis à propriis amicis regis: vt populus conferendo hæc gesta, capax reddatur quod diuina est autoritate factum totum contra domum Ach'ab. & propterea subiungit intentam conclusionem. Videte ergo nunc quod non cecidit de sermonibus domini. Iuxta Hebræū habetur. Scitote nūc quod nō cadet ex sermone Iehouah in terram quem locutus est dominus contra domum Ach'ab, hoc est quod nihil sermonis domini cecidit à veritate. ad dissimilitudinem enim gestarum rerum quarum aliquid cadens in terram perit, loquitur. & dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eli' iahu. Percusisti que Iehu omnes qui remanerant de domo Ach'ab in Iizchel, & omnes optimates eius & notos eius & sacerdotes eius; donec non remansit ei suspirantes. Declarata diuina sententia contra domū Ach'ab, processit ad ulteriorem cladem.

Et surrexit & iuit in Someron: venitq; ad cameram pastorum. Parui refert quod hebraice habetur. ad domum officina pastorum in via. Communi vocabulo officinæ utimur, quia caremus proprio correspondente Hebraicæ dictiōni. Et Iehu inuenit fratres Achaz' iahu regis Iehude. Fratres appellantur filii frattum & amici ex Iuda: vt paralipomenon manifestat. & dixit,

CAPVT X.

297

dixit, qui esti: qui responderunt, fratres Achaz' iahu sumus & descendimus ad salutandum filios regis & filios regine. Nesciebat isti occisos esse filios regis. Et dixit, comprehendite eos viuos: & comprehenderintque eos viros, & iugulaerint eos in cisterna iuxta camaram. Parui refert quod hebraicē habetur. in pante domus officinæ quadrageadas viros, & non reliquit ex eis quenquā. iugulati enim narratūt ubi sunt iuuenti tāquā fautores domus Ach'ab.

Cūnque abisset inde, inuenit Iehonadab filium Rechab in occursum sibi. Hic est pater Rechabitarūti non bibentium vinum, quorum apud Jeremiam laus est. & benedixit ei. benedictione laudis pro vindicta aduersus domum Ach'ab tam profanam. & ait ad eum, an est cor tuum rectum sicut cor meum cum corde tuo? & ait Iehonadab, est: si est, inquit, da manum tuā, quā dedit ei manum suam: at ille leuavit eum ad se in currum. Et dixit, veni mecum & vide zelum meum pro domino: & equitare fecit eum in currū suo. Venitque in Someron, & percussit omnes qui remanerant de Ach'ab in Someron donec deleret eum: iuxta verbum domini quod locutus fuerat ad Eli' iahu.

Congregauitque Iehu totum populum & dixit ad eos: Ach'ab coluit Bahal parum, ego autem colam eum vade. Fuisse mendaciū officiosum effectus testatus est, non casu, sed intentus & prædictus ad Ionadab, dicendo ei, veni & vide zelum meum pro domino. At si queris an mendacium hoc rationale scandali fuerit perniciosum, respondeo quod mendacium hoc ex suo genere erat perniciosum, ut pote professio quod ipse Iehu esset cultor Bahal: sed ex intentione loquentis una eadēque ratione excusarūt à pernicie sui generis & scandalī, quia videlicet brevissimo tempore visuti erant vniuersi animū loquētis. hæc enim sufficere videtur ad excusandum mortale peccatum mendaciū officiosi corā deo vidente cot loquentis à pernicie corā hominibus, qualis erat hæc: quia in verbis cōfūstis nociūs apud homines nescientes sanctū finē loquentis. existimauit enim Iehu mendaciū illud celerrime profutū diuinā gloriā, interim nec sibi nec alteri nocitūrū: morā enim modici temporis pro nihilo reputauit. Nunc igitur omnes prophetas Bahal, omnes seruos eius & omnes sacerdotes eius vocate ad me: nullus desit sacrificiū enim grāde est mihi Bahali, quicq; defuerit non viuet: porro Iehu faciebat hoc insidioso. Legendum est, cum fallacia, de qua dictū est, & cuius finis subiūgitur, vt disperderet cultores Bahal. Dixitq; Iehu, sanctificate diem solennem Bahal.

Pp. Hebraicē

QVARTI REG.

Hebraicē habetur. parate frequentiam Bahalī. hoc est paratus pro frequētia cultorum Bahal animalia pro victima & quæcunque paranda erant. Et hæc verba & similia quanuis fōnent imperium actionum idolatrarum, intelligenda tamen sunt secundum intentionem loquentis non ad inducendum ad idolatriæ actus, sed ad dirigendum illorum idolatriam in vindictam intentam: quemadmodum verba Eliæ ad populum & cultores Bahal, quod sacrificarent Bahal &c. ut in tertio libro scriptū est. vocavitq; Hebraicē habet. & paratur. Executio narrat. Misitq; Iehu in totum Israel, & venerunt omnes servi Bahal, non remansit quisquam qui non venerit: ingressi; sunt domum Bahal, & repleta est domus Bahal ab extremo usque ad extreum. Dixitq; ei qui erat super vestes, profer vestes omnibus servis Bahal: & protulit eis vestes. Ingressus est autem Iehu & Ichonadab filius Rechab domum Bahal: & ait cultoribus Bahal, perquisire & videtene qui sit hic vobis cum de cultoribus domini, sed sine cultores Bahal soli. Ingressi sunt igitur ut facerent viellimās & holocausta: Iehu autem posuerat sibi foris ocliginta viros, & dixerat, quinque euaserit de hominibus quos ego adducō ad manus vestras, anima eius erit pro anima illius.

Et fuit cum complectum esset holocaustum, præcepit Iehu militibus. Hebraicē habetur. cursoribus & ducibus. Pedites militares, cursores appellant tam hic quam inferius, ingredimini & percuteite eos, nullus evadat: & percusserunt eos in ore gladii, & proicebant eos milites pro cursorib; & duces. Priuatio sepulturæ narratur. proiecerunt enim occisos inhumatos feris, aubus & canibus. & ierunt in ciuitatem templi Bahal. Iuxta Hebraicum habetur. & ierunt usque ad ciuitatis domus Bahal. Sacellū Bahal in ciuitate Samariæ quocunque iustrarunt ad destruendum. Et extraxerant statuam domus Bahal, & combusserunt & cōminuerunt eam. Ordo præposterus, familiaris hebraicē phrasit. prius enim comminuerunt, & postea combusserunt. Et dixerunt domum Bahal, & fecerunt ex ea latrinas usque ad diē hanc. Delevit itaque Iehu Bahalem de Israel. Veruntamen à peccatis Iacobham filii Nebat qui peccare fecit Israelem, non recedit Iehu: non reliquit vitulos aureos qui erant in Beth' el, & qui erant in Dan.

Dixit autem dominus ad Iehu. Quanvis non sit scriptus modus quo deus allocutus est Iehu, rationi tamen cōfertaneum est, ut per Elisæum prophetam qui eum vñxerat in regem dixerit subiuncta. quia studiose egist quod erat & placebat.

CAPVT XI.

298

cebat. Iuxta Hebraicum habetur. pro eo quod fecisti bene ad faciendum rectum in oculis meis, iuxta omnia que erant in corde meo fecisti domum Ach' ab: filii quarti sedebunt tibi super solium Israel. Non dicit pro eo quod bene locutus es, sed beneficisti, non laudat deus verba, sed facta Iehu: quoniam facta fuerunt non solum recta secundum se, sed etiam bene facta: in verbis autem admixtum fuerat peccatum, sicut officiū mendacii. Porro Iehu non custodivit ut ambularet in lege domini Dei Israel in toto corde suo: non recepit à peccatis Iacobham qui peccare fecit Israelem. In diebus illis caput dominus tñdere super Israel. luxa Hebraicum habetur. in diebus illis caput Ichouah excidere in Israel. Manifestat author quod toutes committant punitiōnem populi Israel ex quo idolatria Ieroboham incepit, deus exequi cœperit in diebus Iehu excidendo multitudinem non parvam in Israel. Et manifestauit hoc author, tum ne putares Deum punire domus regias & cultores Bahal, obliuisci autem populi idolatræ: tum ut intellegemus prophetiam paulatim executioni mandari à Deo, ut haberet populus occasionem p̄cūndi ab exemplo multitudinis tantæ fratrib; suorum excisiæ, p̄cūndi que eos Chazael in omnibus finibus Israel. Executio narratur prophetiæ tum Eliæ tum Elisiæ valde extensa: ut subiuncta loca testantur. Et hæc fuit prima punitio populi Israel propter idolatriam inchoatam à rego Ieroboham. A Larden ad orum solis totam terram Ghilhad, Gaditam & Reubenitam & Menasitam: ab Habor que est super torrentem Arnon, & Ghilhad & Basan.

Reliquum autem verborum Iehu & omnia que fecit & fortitudine eius: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regnū Israel? Et dormiuit Iehu cum patribus suis, & sepeliorunt eum in Sōmeron: regnauitq; Ieho' achaz filius eius pro eo. Dies autem quibus regnauit Iehu super Israel, vigintio lo anni sunt: in Sōmeron.

CAPVT XI.

Athal' ia autē mater Achaz' iahu vñdens mortuū filium suū, surrexit & interfecit omne semē regiū. Non dicit omne femeñ Davidis. multi enim ex Dauidē orti erant qui non supputabātur cū semine regio: vñpote per tot generatiōnes exclusi non solum à successione in regno, sed etiā à cogitatione de regno, redacti in priuatos ciues & forte etiā pauperes: ut facile contingit in successu temporum. Taliſ autē Iosebah pp ij filia.



QVARTI REG.

filia regis Ioram soror Achaz'iah, Ios filii Achaz'ie & furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur. Vide crudelitatem non humanam, sed ferinam: utpote sauentem in propria sibolem, in filium filii infantulum. ipsum & nutricem eius de triclinio. Iuxta Hebraeum habetur in aula lectorum. Lucas ubi inuenit infantulum & nutricem eius, describitur. & abscondit cum à facie Hachal'iah, & non fuit interficiens. Fuitque cum ea in domo domini absconditus sex annis. Ne sis ita rudit ut intelligas intra templum, sed in habitaculo quod erat supra templum, quod cum templo suppeditabatur, porro Hachal'iah regnauit super terrā septem annis. Superfluit septē annis.

Anno autem septimo, ab occultatione infantuli. misit Ieho' iadah pontifex. Superfluit pontifex: quanvis verum sit quod erat pontifex. & assumpst centuriones & milites. Legendum est. centuriones ducibus & cursoribus. In instituto centurionum tum inter equites tum inter pedites narratur: hoc est enim primum quod fecit statim post initum cum eis fœdus subiunctum. & introduxit eos ad se in domum domini: pepigitque cum eis fœdus & iurare fecit eos in domo domini. & ostendit eis filium regi. A iuramento inchoavit seruandi secretum quod audituri erant ab ipso pontifice, & hoc in domo domini: ut ex diuino loco iuramentum haberetur firmius. deinde pepigit fœdus intelligentia communis inter eos ad cōstituendum & fouendū legitimū regē: & postea ostendit eis regē infantilū: & sic fecit eos centuriones, si qui eorum nō erant in officio centurionis. Præcepit; en dicendo, hæc est res quæ facietur terciæ pars vestrū introeat sabbato, & obseruet excubias domus regi. Iuxta Hebraeum habetur. tercia ex vobis venientes sabbati, & custodes custodia domus regi. Præsupponit hæc litera mutationem solitam fieri sabbato hominum pro templo dei, quemadmodum fiebat mutatio panis singulis sabbatis in mensa propositionis. ita quod multitudo quedam veniebat ad obsequia templi sabbato: & hæc appellatur in litera venientes sabbati. & multitudo alia quæ seruierat egrediebatur rediens ad propria: & hæc appellatur in litera subiuncta exeuntes sabbati. Mandat itaque pontifex ut tercia pars centurionum assumat venientes sabbati ad custodiā domus regiæ. & hinc apparet quod ordinavit opus hoc creationis regis fieri in die sabbati. Tertia autem pars sit ad portam Seir. Legendum est. ad portam Sur. nomen proprium est portæ se-

pti

CAPVT XI.

299

pti spatii circa templū. & tercia pars ad portam quæ est post habitaculum scutariorum. Iuxta Hebraeum habetur. in porta post cursores. Et hæc eriam porta eiusdem septi erat post habitaculum cursorum: hoc est peditum ad custodiā templi. & custodietis excubias domus Messach. Iuxta Hebraeum habetur. & custodietis custodiā domus destruītionem. Dixerat prius ut assumptis venientibus sabbati custodirent domum regis: declarat modo ad quid ordinatur hæc custodia, videlicet ne domus regia destruatur in ista nouitate. timebat enim ne Hachal'iah desperata incenderet domum regiam: quemadmodum Zimri rex desperatus succenderat palatium regium regum Israel. **D**uo vero partes ē vobis omnes egredientes sabbato. Iuxta Hebraeum habetur. Et duo loca in vobis, omnes exeuntes sabbati. Completa dispositione eorum quæ agenda erant à prima tercia parte centurionum, disponit quid agendum sit à duabus aliis tertii collocatis in locis duobus (videlicet in porta Sur & in porta post cursores) mandando eis ut assumant exeuntes sabbati, quos iam declarauimus: & custodiant excubias domus domini circa regem. Legendum est. regi. Ecce officium vtrorumque, videlicet custodire domum domini: hoc est septa circa domum domini ad securitatem regi infantis. Et hinc apparet quod illæ portæ erant portæ septi circa templum: alioquin non dixisset & duo loca in vobis habeant exeuntes sabbati ad custodiā templi regi. Et vallabilius cum habentes arma in manib[us] vestris, Hebraicè clarissimi habetur. Et circundabitis regem in circumitu vniuersisque & arma eius in manu eius. Quia ambæ istæ duæ custodie ordinabantur ad securitatem regis, ideo mandat ut circumcirca in uigilant armati. si quis autem ingressus fuerit, hoc est violenter ingredi voluerit. septum templi, occidatur; critisque cum rege egrediente & ingrediente. Extenditur horum officium ad custodiā etiam postea.

Et fecerunt centuriones iuxta omnina quæ precepérat eis Ieho' iadah sacerdos: tuleruntque unusquisque vitos suos venientes sabbati cum excubibus sabbati, & venerunt ad Ieho' iadah sacerdotem. Qui dedit eis hastas & arma. Legendum est. Deditque sacerdos centurionibus lanceas & clipeos quæ fuerant regis David: quæ erant in domo domini, erant enim hæc in domo domini pro custodia ipsius. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua. Legendum est. Et steterunt cursores unusquisque & arma eius.

Pp iii in

QVARTI REG.

Dicitur Iehoas ad sacerdotes: omnem pecuniam sanctorum. Legendum est. sanctitatum. in genere enim appellatur pecunia sanctatum pecunia Deo oblata. quae inferetur in domum domini. ad differentiam pecuniae non oblatæ templo Dei. sed pro redēptione primogenitorū. quæ erat sacerdotū. à p̄ceptis omnibus quæ offertur pro precio animæ. & quam sponte & arbitrio cordis suis inferunt in templū domini. Iuxta Hebræū habetur. argenti transfigurati viri. argentum animarum estimationis eius. omne argenteum quod ascēdit super cor viri ad adducendum in domū Iehouah. Iuxta planū literæ sensum triplex genus pecuniae cōmemoratur: videlicet pecunia quæ offertur à viro transeunte ad nomen idoneorū ad bellum. iuxta promulgatā legē exod. 30. & hæc pecunia erat medium sicles pro quolibet. tam paupere q̄ diuite. Secundum genus est pecunia animarū. & si nihil aliud diceretur quām argentū animarū. ances v̄lde esset sensus an significaretur appositivē eadē pecunia quæ soluebatur in numeratione populi (quoniā illa appellatur ibidē redēptio animæ) sed ex eo q̄ dicitur argenti animarum estimationis eius. insinuator significari pecuniā redēptionis animarum quæ voto oblatæ erat Deo iuxta decretum legis scriptæ leui. 27. erat. n. proprie pecunia illa. pecunia estimationis animarū: quoniam estimatio valde diversa erat secundum diuersis statutis hominum voto oblatorū Deo. Tertium autem genus expositione nō eget: quia manifeste sonat pecuniam sponte- nearum oblationum. Hæc itaq; tria genera pecuniarū dunta x̄t commemorantur: & de eis mandatur. Accipiant illam. Legendum est. Accipiēt sibi sacerdotes. Ordinat rex ut sacerdotes ad se trahant triplex hoc genus pecuniae. iuxta ordinem suum. Iuxta Hebræū habetur. vnuſ q̄ si que à noto suo. Disponit rex ut sacerdotes colligant huiusmodi pecunias sic ut vniuersiq; sacerdoti incumbat onus colligendi ab amicis & conuersantibus cum eo: ut facilior esset collectio. & instaurent saria tecta domus. Iuxta Hebræū habetur. & ipsi fortificabūt requisitionem domus. Requisitionem appellat rem requisitā. seu potius partem quilibet indigentem reparacione. nominat siquidem eam à requisitione. quia requirenda erat & diligenter & opere. Et est sermo de domo Dei. si quid necessariū viderint instauracione. Iuxta Hebræum habetur. omni quæ inuenietur ibi requisitioni. eadē enim dictio repetitur: & manifestat quod requisitionem vocat omnem partem quæ in templo indigebat reparacione.

CAPVT XII.

301

paratione. Causa autem huius indigentiae. in secundo paralia cap. vigesimo quarto narratur Hathal'ia regina.

Igitur usque ad vigesimum tertium anni regis Iehoas. Ne intelligentias negligentiam sacerdotū viginti tribus annis durasse: quoniam ne cinis quo anno sui regni Iosas mādauerit superscriptam collectionem pecunie & instauracionem templi per sacerdotes faciendā. certū est. n. quod post multos annos sui regni mandauit hoc: quia regnare cœpit puer septem annorum. Quanto igitur tempore durauerit negligētia sacerdotum remanente incerto. narratur quod usque ad vigesimum tertium annum regni Iosas neglexerunt non instauracrum sacerdotes sarta tecta templi. Hebraice habetur. non fortificaverunt sacerdotes requisitionem domus. quod intellige ut supra. Vocauitque rex Iehoas Ieho' iadah p̄tis̄cē & sacerdotes: & dixit ei. quare non instauratis sarta tecta templi? Legendū est ut supra. quare vos non fortificatis requisitionem domus: eadem enim verba repeatūtur. nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum. Iuxta Hebræū habetur. & nunc non tollitis argentum à notis vestris. Reuocat rex ordinationem olim à se factā. sed ad instauracionem templi redditæ eam. Legendū est. quia pro requisitione domus dabit̄ illud. Hinc conjectura fit quod sacerdotes forte usurparabāt in vīsus proprios pecuniam illam: alioquin non dirissit rex quod pro instauracione domus darēt illam. Prohibitiq; sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam à populo. & instaurare sarta tecta domus. Iuxta Hebræū habetur. Et voluerunt sacerdotes nō tollere argentum à populo. & non fortificare requisitionem domus. Concordes narrantur regi sacerdotes. exonerando se ipsos ab utraque cura: colligendi videlicet pecuniam & repandi templum.

Et tulit Ieho' iadah p̄tis̄cē Gaxophylacium unum. & fecit foramē in ostio ciuii: posuitq; ipsum iuxta altare ad dexterā ingrediente sium domum domini. Aliud inventum medium ad colligidū pecunia narratur satis clarum. mittebantq; in eo sacerdotes qui custodiebāt ostia omnē pecuniam qua deferebatur ad templū domini. Iuxta Hebræum habetur. & dabunt ibi sacerdotes custodes vas̄s omnē argenti allatum in domū domini. Hinc appetet q̄ theca illa perforata in superiori parte nō erat ad hoc posita ut populū per foramē illud iaceret pecunia intra thecā (clare enim hic dicitur q̄ sacerdotes omnē pecuniam allatā in domū Dei ponebant ibi) sed populus offerebat debitā vel spontaneam pecuniam

pecunia supradicta in aliquibus vasis quae sacerdotes publice euacabant super foramen illius theca, quae gazophylacium in vulgata editione dicitur. Habetur quoque hinc deputatos fuisse quosdam sacerdotes ad custodiā vas in quo offerebat populus pecuniā. Nec oportet vnicū tantum vas intelligere: quoniam saepe singulari numero apud Hebreos multitudo significatur. Cumq; videbant nimiā pecuniam esse in gazophylacio. Legendum est. multam pecuniam esse in theca, ascendebat scriba regis & pontifex. Parui refert q; hebraicē habet, & sacerdos magnus. ut intelligamus claves thecę apud regē & pontificē seruati. effundebatq; & numerabat. Hebraicē habetur. & ligauerūt & numerauerūt. ordine prepostero. pecunia inveniātā in domo domini. Et dabant eam iuxta numerum atque mensurā. Hebraicē habetur. Et dabunt pecuniam paratā. & nihil explicatur de numero aut mensura. in manu eorum qui prægerant cemeteriis domus domini. Iuxta Hebræum habetur. per manū factorum operis, ordinatōrum in domo Iehouah. Per ordinatōs in templo effectōres operis (hoc est præfectos operi reparandi templi) dabatur pecunia. & extra habebat eam pro fabrī lignorum & pro cemeteriis, iis qui operabantur in domo domini. Legendum est. & pro adiutoriis, facientibus domum Iehouah. Quod autem immediat sequitur in vulgata editione. Etsarta teat faciebat. Legendum est. Et pro paratoribus. significatur in genere preparatores macterię. & pro cætoribus lapidum, & ad emendū ligna & lapides dolationis, ita ut impleretur instauratio domus domini in omnibus quae indigebant expensa ad munierandam domum. Iuxta Hebræum habetur. ad fortificandum requisitionem domus Iehouah: & ad omne quod egreditur super domum ad fortificandum. Duo dicuntur. alterū q; hæc omnia impendebātur ad reparationē tēpli: alterū quod non solum prædicta, sed etiā quicquid necessariū erat ad fortificandum tēplum emebatur dicta pecunia. Tertium autem subiungit. Veruntamen non siebant ex eadem pecunia. Superfluit ex eadem pecunia. Hoc supererat explicandum: videlicet quod illa pecunia non expendebatur ad aliud quam ad fortificandum templum. hydri templi domini. Iuxta Hebræum scribuntur nescio quae vasa argentea: sed de propriis nominibus instrumentorum aut valorum non sum foliicitus, propter incertitudinem, & quia subiungitur vniuersaliter non esse facta ex hac pecunia vasa quæcumque aurea aut argentea. fuscimula, mallunia, tuba, omne vas aureum & vas argenteum;

gentium: de pecunia illata in domum domini. Facientibus enim opus dabant eam: & instaurabant ex ea domum domini. Hinc soluitur quæstio consurgens ex scriptis 2. Paralipo. cap. 24. quan- diu enim indiguit templum reparatione, pecunia illa ad reparationem templi duntaxat impensa significatur: nibil que hic scribitur quid factū fuerit de pecunia superflua post completam reparationem templi, quod in Paralipomenis explicatur.

Et non sicbat ratio hominibus per quorum manus dabat pecunias ad dandum facientibus opus: sed in fide trahabant eam. Iuxta hebræum habetur. quia cum fide ipsi facientes. Ratio redditor quare non exigebat suppeditatio à præfatis operis, eo quod tan- ta probitatis erant ut eorum fidelitas satisficeret. Pecunia pro delicto & pecunia pro peccatis non inferebatur in domum domini: quia sacerdotum erait. Superfluit quia: pura narratio est, non redditio cause.

Tunc ascendit Chazael rex Syriae, & pugnauit contra Ghath & cepit eam: posuitq; Chazael faciem suam ad ascendendum contra Ierusalaim. Dicendo tuuc, significat cōpleta reparatione tēpli venisse Hazael: ad differentiā alterius belli etiā Syrotū contra Iosas quod postea factum est, cuius fit mentio in Paralipomenis. Quādrem tulit Iehoas rex Iehude omnia san-ctificata quae cōsecraverant. Legendum est. quae sanctificaverant Iehosaphat & Iehoram & Acham iahū patres eius reges Iehude. Sed memento quod sanctificationis nomine non significatur aliqua consecratio, sed sola oblatio seu dicatio Deo. vnde & antiquis interpres bene explicat subiungēdo. & quæ ipse ob- tulerat. Hebraicē enim scribitur. & sanctifications suas. sanctifi- catum enim appellat oblatū Deo. & totū aurū quod inueniūt est in thesauris domus domini & domus regis: misitq; Chazaeli regi Syriae, & ascēdit à Ierusalaim. Ab hoc exēplo pecunia & iocar- lia ecclesiārū pro redimēda vexatione populi ab infidelibus vexati seu vexandi bello, licite impendūtur: simul tamē cum toto thesauro regio, ut hic narratur factū. iniquū siquidē esset inchoare ab exploitatione ecclesiārū: sed vbi publicus thesau- rus non sufficit, ecclesiārū opes subuenire debent.

Reliquum verborum Iosas & omnia quæ fecit: nōnne ip̄a scripta sunt in libro verborū dierū regū Iehude? Surrexerūt autē seruū eius & cōiurauerunt inter se: percutserūtq; Iosas in domo Millo in desce- su Sille. Et Iosachar filium Simbath & Iehozabad filium Somersera ei is

QVARTI REG.

cuius percusserunt eum & mortuus est: sepelieruntque eum cum patribus suis in civitate David, & regnauit Amaz'ia filius eius pro eo.

CAPVT XIII.

Anno vigesimotertio Ioaſ filij Achaz iahu regis Iehudæ regnauit Ieho'acham filius Iehu super Irael in Someron decem & septem annis. Fecitque malum in oculis domini: & secutus est peccata Iarobhā filij Nebat qui peccare fecit Irael, non declinauit ab eis. Irratusque est furor domini contra Irael: & tradidit eos in manum Chazael regis Syrie & in manum Ben'hadad filij Chazael omnibus diebus. hoc est in servitatem redegit Israelitas sub dominio regis Syrie.

Deprecatus est autem Ieho'acham faciem domini: & exaudiuit eum dominus, vidit enim angustias Irael quia attricerat eos rex Syrie. Legendum esset, quia vidit oppressionem Iraelis quia oppressit eos rex Syrie. Verē benignus Deus Etiam in peccatores, rege enim supplicare Deo, misertus est populi oppresi, a tyrrannie Syrorum: quanuis videret quod nō propterea recessuri essent ab idolatria vitulorum aureorum, ut clare subiungitur. Et dedit dominus Iraeli saluatorem. Quis fuerit iste salvator, nescitur, alienum tamen à ratione nō est ut fuerit Eliseus, optimè notus Hazaeli regi Syrie. & liberatus est de manus regis Syrie. Iuxta Hebraum habetur. & exierunt de sub manu Aram, hoc est Syrie. Ecce primus effectus istius saluatoris, satis quadrans Eliseo: ut intelligamus ipsius intercessione reges Syrie cohibuisse iuos ne amplius opprimerent illos paucos Iraelitas qui erant residui. hoc enim consonat secundo effectui: videlicet quod securi habitauerunt Iraelites in tabernaculis suis sicut prius soliti erant. Significanter autem dicitur de manu Aram (hoc est de oppressione Syrorum) & non dicitur quod exierunt de manu regis Syrie: nam de regibus praemissum est quod tradidit eos Deus in manum Hazaeli & Ben'hadad regum cunctis diebus Iochaz. Ab oppressione igitur eorum saluati dicuntur ut securi possent habitare in territoriis agrorum suorum: & propterea valde quadrat ut Eliseus fuerit iste salvator. habitauerintque filii Irael in territoriis suis sicut heri & nudi in tertius. Verū tamen nō recesserunt à peccatis domino Iarobham qui peccare fecit Irael, sed in ipsis ambulauerunt: & etiam lucus stetit in Someron. Non sola idolatria vitulorum aureorum introducta à Ierobohā perseveravit: sed etiā lucus in Samaria ad superstitiones & forte obscena vel

etiam

CAPVT XIII.

303

etiam ad sacrificia permanxit. Et non sunt reliqui Ieho'acham de populo, nisi quinquaginta equites & decem currus & decem milia pedum. Vide immensam cladem, ex tam modico numero relictorum, disperdiderat enim eos rex Syrie, & posuerat eos veluti pulucrem in tritura. Qualitas relictorum insinuat ex hac similitudine: ut intelligamus reliquias eos qui pro nihilo habebantur, similes pulucri euidenti ex tritura. Reliquum autem verborū Ieho'acham & omnia que fecit & fortitudo eius nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Irael. Dormiuitque Ieho'acham cum patribus suis, & sepelientur eum in Someron: & regnauit Ioaſ filius eius pro eo.

Anno trigesimo septimo Ioaſ regis Iehudæ regnauit Ioaſ filius Ieho'acham super Irael in Someron sedecim annis. Inte lige hoc initium regni per modum correagnandi patri suo, nam Ioačaz pater regnauit annis decem & septem: hoc est à vigesimotertio anno Ioaſ regis Iudæ usque ad trigesimum nonum seu quadragesimum, ut in principio huius capituli scribitur. viuebat igitur Ioačaz pater hoc trigesimo septimo anno Ioaſ regis iudæ, quo correagnauit ei filius eius Ioaſ. Et fecit malum in oculis domini: nō declinauit ab omnibus peccatis Iarobham filij Nebat qui peccare fecit Irael, sed in eis ambulauit. Reliquum autem verborum Ioaſ & omnia quæ fecit, & fortitudo eius quæ pugnauit cū Amaz'ia rego Iehudæ: nōne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Irael? Dormiuitque Ioaſ cum patribus suis, & Iarobham sedet super solium eius: scilicet quod est Ioaſ in Someron cum regibus Irael.

Elisah autem agrotauit infirmitate qua & mortuus est: descenditq; ad eum Ioaſ rex Irael. ecce vique ad quod tempus peruenit Eliseus iam senex: vt pote qui post raptum Eliae vixit annis fere sexaginta. & fleuit eorum eo & dixit, pater mihi pater mihi currus Irael & auriga eius. Legedium est. & equites eius. Quia Eliseus plures saluauerat Irael, ideo deplorat eum rex & equipollentem & curribus & equitibus: hoc est vniuerso exercitu Iraelis saluauerat enim primum eos contra Moabitas & plures contra Syrost: ut supra scripta restantur. Et ait eiis Elisah, affter arcum & sagittas: attulitq; arcum & sagittas. Et dixit ad regem Irael, pone manum tuam super arcum, posuitque manum suam. Omnes istæ actiones sensibiles mandatae & factæ, non humana ratione sunt dispositæ, sed diuina inspiratione ordinante per hæc sensibilia manifestati futura opera Dei in salutem

QUARTI REG.

salutem populi: ut vel ex his sensibilibus & perciperent & resisterent idolatræ, summi Dei prouidentiam & gubernationem certam. & posuit Elifas manus suas super manus regis. ut etiam ex hoc intelligeretur meritum propheta esse illud quod operabatur. Et ait, aperi fenestram orientalem, quia illa respiebat Syriam. & aperuit: dixitque Elifas, iace sagittam, & iecit: & ait Elifas, sagitta salutis domini. Legendum est, sagitta salutis domino, & sagitta salutis contra Syriam. Dupliciter salus significatur, primum ad manifestandum quid significauerit superposita manus Elisei: videlicet ut salus futura ex bello referatur ad summum deum ita quod agnoscatur ab illo. deinde manifestatur quid significet iactus illius sagittæ per illam fenestram: videlicet salutarem sagittam contra Syriam. Et dixi hæc ut etiæ mortuus prodesset regi & populo, percuties Syriam in Aphec usque ad consumptionem. Nomen ciuitatis est Aphec cuius superiorius mentio facta est. Et ait tolle sagittas, & tulit: dixitque ad regem Israel, percutie iaculo terram. Superfluit iaculo, & percussit tribus vicibus & stetit. Iratusque est contra eum vir Dei & ait: se percussisse quinque aut sexies sine septies. Superfluit sive septies, tunc percussisse Syriam usque ad consumptionem, nunc autem tribus vicibus percussisse Syriam. Nota contextum: quoniam ex Elisei verbis habetur reuelatum ei fuisse ut faceret regem percutere terram: & si quinque aut sex vicibus rex percuteret terram, percussurus esset Syriam usque ad destructionem: sin autem, tot vicibus esset percussurus Syriam quot vicibus percuteret terram. Nec queras rationem quare Deus sic incertè reuelauit Eliseo: quoniam spiritus sanctus diuidit dona sua prout vult. Et est sermo de numero percussionum terræ cōtinuato motu: & propterea cum rex destitisset percutere terram, iratus est Eliseus agre ferens minorem victoriæ futuram.

Mortuusque est Elifas, & sepelientur cum latrunculis autem. Iuxta Hebraum habetur. & societas ad excursiones faciendas venerant in terram sequenti anno. Quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos. Legendum est. Et fuit ipsis sepelientibus virum, & ecce viderunt exercitum, proculdubio illarum societatum. & proicerunt cadaver. Hebraicè habetur. & proicerunt virum in sepulchrum Elifas. nunquam enim nominatur hic vir mortuus, sed vir sepeliendus, quod cum tetigisset ossa Elisei, rex uixit homo & stetit super pedes suos. Iuxta Hebraum habetur. & iuxit & tetigit vir ossa Elifas, & vixit & surrexit super pedes suos.

ita

CAPVT XIII.

304

Ita iacet in hebreo. Quæ ideo annotauerim ut perpendatur non esse certum quod vir ille fuisset vere mortuus: scriptura enim non narrat ipsum fuisse mortuum, & potuit contingere ut passionem aliquam subisset viuus, ita quod apparebat mortuus, priuatus externo sensu & mori: & propterea sepeliendus erat, & tamquam mortuus projectus est in sepulchrum Elisei: & Elisei meritis vixit actualibus operibus vitæ, sensus & motus statim, qui si fuisset in proprio sepulchro sepultus, fuisset penitus extinctus.

Chazael autem rex Syriae opprescit Israel cunctis diebus Iehoacham. Non contrariatur sententia hæc paulo superius dictis, quod deprecatus est Iohacham faciem domini & dedit eis salvatorem: quoniam ad diuersa referuntur. salvator siquidem ille refertur ad quietem ab oppressione reliquiarum populi: perseveratio autem Oppressionis omnibus diebus Iohacham, refertur ad occupatas ciuitates: quod videlicet eas semper tenuit rex Syriae regnante Iohacham in Israel. Et misertus est dominus eorum & reverent se ad eos, propter pactum suum cum Abraham & Iacob: & noluit disperdere eos, nec proiecit eos a facie sua usque in presens tempus. Ioas tenuis significatur per tempus praesens quo merebatur ei in facie Dei, ad differetiam temporis Holoë regis quo electus est, dilatio siquidem pœnae significatur propter Abraham, si forte populus ad pœnitentiam reuocaretur. Mortuus est autem Chazael rex Syriae: & regnauit Ben'hadad filius eius pro eo. Reuersusq; est Iehoas filius Iehoachæ, & uulsi ciuitates de manu Ben'hadad filii Chazael quas tulerat de manu Iehoachæ patris eius ius prelii. Hebraicè habetur, in bello, factum enim narratur, nō ius prelii, tribus vicibus percussit eum Ioas, iuxta Elisei vaticinium. & reddidit ciuitates Israëlis.

CAPVT XIV.

In anno secundo Ioas filii Iohacham regis Israel: regnauit Amaziah filius Ioas regis Iehude. Si supputaueris quadraginta annos regni Ioas regis Iudea, ac per hoc Amaziam filium eius regnasse quatuor annos à trigesimo septimo anno regni patris sui, perpendes quod supra diximus: videlicet quod Ioas rex Israël bienno corregeauit patri, & quod secundo anno regni sui, postquam successit patri regnauit ut hic scribitur Amazias filius Ioas regis Iudea. Filius vigintiquinque annorum erat, cum regnare coepit, & nouem annis regnauit in Ierusalaim: & nomen matris

QUARTI REG.

matri eius Iehoh addan de Ierusalaim. Fecitque tellū in oculis domini. Intellige hoc in principio regni sui. & propterea subditur. veritatem non ut Danid pater eius: iuxta omnia que fecit Iosias pater eius fecit. Rectitudo Amaziae non assimilatur rectitudini Davidis primi patris regum Iudae: sed assimilatur rectitudini proprii patris ipsius, qui fecit rectum quodam tempore & postea fuit malus. Et vere sic fuisse, clare patet ex scriptis in secundo Paralip. cap. 25. Nisi tantum quod excelsa non abstulit. Iuxta Hebreum habetur. Tantum excelsa non abstulerunt: adhuc populus immolabat & thurificabat in excelsis. hoc est, etiam tempore quo Amazias fecit rectum eorum domino non abstulerunt excelsa: hoc est permittebatur sacrificare vero Deo extra altare domini in locis excelsis. Et hoc propter pronitatem populi ad sacrificandum in locis illis, quanvis prohibitum hoc esset in lege.

Cumque obtinuerit regnum. Legendum est. Et fuit cum roboratum fuisse regnum in manu eius. Sententia est clara. percutit seruos suos qui percuferat regem patrem eius. Filios autem percutiorum non occidit: sicut scriptum est in libro legis Moysis. Deut. 24. vbi praecepit dominus dico, non morietur patres pro filiis, & filii non morientur pro patribus: sed unusquisque pro peccato suo morietur. Et hinc habes quod etiam in crimen laecheitatestatis non occidebantur filii innocentes. Ipse percutit Edom in valle Salis decem milia: & apprehendit petram in prælio. Ut scripta in Paralipomenon testantur, petra haec apprehensa est ad usum præcipitationis. erat enim rupes quedam ex qua præcipitauit alia decem milia virorum quos ceperat viuos. Vocauitque nomen eius Iezekiel. Legendum est. Iothiel usque ad diem hanc. Sonat autem Ioseph obediens Dei: ut noscent omnes quod ex diuino mandato vicerat & punierat Idumacos.

Tunc misit Amaziah nuncios ad Iehuas filium Ieho'acham filium Iehu regem Israel dicendo. Tempus post victoriam contra Idumacos demonstratur. & idem fuit tempus quo Amazias auersus est a Deo ad idolatriam: ut Parali. testatur. veni & videamus nos facie. In uitatio his honestis verbis significatur ad prælium. Remisisti; Iehoas rex Israel ad Amaziah regem Iehude dicendo: carduu qui est in Lebanon misit ad cedru que est in Lebanon dicendo, da silbam tuam filio meo in uxorem. Parabola est manifesta: nec significatio eius est occulta, assimilat enim Amazia carduo libani tamen propter culmen regum: scilicet vero

CAPUT XIII.

305

verò assimilat cedro Libani, ut nullā proportionem inter eos esse manifestet. transierintque bestiae agri que sunt in Libano, & conculauerunt carduum. Periculum imminēs Amaziae per hoc proponit: quod quemadmodum carduu expositus est calcandus à bestiis trascubibus per Libanum, ita ipse exponitur calcatus facile ab illis q̄ sunt cū ipso Iosias cedro Libani. Percutiendo percussisti Edom, & elevauit te cor tuū gloriare & sede in domo tua, cur provocas in malum vt cadas tu & Iehuda tecum.

Et nō acquieciuit Amaziah. sano patis consilio, sed ad bellum inferendum progrediebatur. ascendique Iehoas rex Israel, & viderunt se facili ipse & Amaziah rex Iehude in Bethsemes oppido Iehude. Et percessus est Iehuda coram Israel: & fugerunt unusquisque in tentoria sua. Amaziah vero regens Iehude filium Iehoas filium Achaziah cepit Iehoas rex Israel in Bethsemes: & adduxit eum in Ierusalem. Iuxta hebreum habetur. & venerunt Ierusalaim, viatores. & interruptus, Iosias rex Israel, murum Ierusalaim a porta Ephraim usque ad portam anguli quadrangularem cibitis. Tuitq; omne aurum & argentum & omnia valua que inueniuntur sunt in domo domini & in thesauris domus regis, & filios obsides. Iuxta hebreum habetur. & filios fidei sitorum. insinuatur enim per hoc quod multi in Ierusalem fidei essent regi Israel pro pace cum eo, & propterea dederunt filios obsides. & reuersus est in Someron. Reliquum autem verborum Iehoas que fecit, & fortitudo eius qua pugnauit. Legendum est. & qua pugnauit cum Amaziah regne Iehude: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel: multi enim fuit fortitudo huius Iosias contra Syros: & illi accumulatur fortitudo contra Amaziae. Dormiuitq; Iehoas cum patribus suis, & sepultus est in Someron cū regibus Israel: & regnauit Iacobham filius eius pro eo.

Vixit autem Amaziah filius Iosias rex Iehude postquam mortuus est Iehoas filius Ieho'acham rex Israel, vigintiquinque annis. Corrupta est litera: legendum est. quindecim annis. sic enim habetur in hebreo. Et fuit metu numeri annorum quibus superstes fuit Amazias, tum ad insinuandum quod mortuo Iosias regre Israel coniuratio facta est contra Amaziam & fugit ad ciuitatem Lachis, in qua vixit multis annis: tum ad insinuandum tempus quo regnare coepit Hazarias filius. Amaziae, videlicet post mortem Iosias & fugam patris: quæ infra biennium vel circa post mortem Iosias fuit, ut subiuncta in sequenti capitulo innuunt. Reliquum autem verborum Amaziahu nomine ipsa

Q9

scripsit

QUARTI REG.

scripta sunt in libro verborum dierum regum Iehudæ. Factaque est contra eum coniuratio in Ierusalaim, & fugit in Lachis: miseratus post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. in fine duodecim annorum à fuga. Et aportauerunt eum in equis: sepultusque est in Ierusalaim cum patribus suis in ciuitate David. Tulus autem totus populus Iehudæ Hazar'iam, annos natum sedecim: & constituerunt eum regem pro patre eius Amaz'iah. Ut subiuncta innuant, viuente adhuc Amazia factus est à populo rex filius eius Hazarias: qui alio nomine vocatur Ozias. Ipse adfiscuit Elath, & restituit eam Iehudæ: postquam dormiuit rex cum patribus suis. Nisi Hazarias fuisset etiam rex viuente pater: nequaquam scriberetur quod restituit Elath Iudeæ postquam mortuus est pater: ad differentiam siquidem temporis quo regnauit viuente pater, dicitur postquam iacuit rex.

Anno quintodecimo Amaz'iah filii Ioaꝝ regis Iehudæ regnauit Ierobham filius Ioaꝝ super Israel in Someron quadraginta & uno annis. Supputa hinc initium regni Ierobohā ex quo regnauit succedens patri. & fecit malum in oculis domini: non declinavit ab omnibus peccatis Ierobham filii Nebat, qui peccate fecit Israelem. Ipse restituit terminum Israël, ab introitu Ghamath usque ad mare solitudinis: iuxta sermonem domini Dei Israël, quem locutus est in manu scribi sui Iona filii Amitthai prophete. Aium hunc esse Ionam qui inter duodecim cōnumeratur prophetas, qui erat de Ghath. Si hoc verum est, non fuit iste filius mulieris Sunamithis resuscitatus ab Elisæo, nec filius viduæ Sarepta: nec resuscitatus ab Elia: sicut nec Sunem nec Sarepta est cūnitas Ghath, que est in Ophir. Hebraicè habetur, Chepher. Ad differentiā Ghath ciuitatis Pelithinorū (quæ dicebatur absolutè Ghath) adiungitur appositive Chepher, dicendo de Ghath Chepher. Videl enim dominus afflictionem Israël. Ratios reddit author (vel forte ipse Ionas) victoriarum Ieroboham, amaram nimis. Hebraicè habetur, mutabilem valde. hoc est quæ facile in variis mutationes agebatur ab hostib⁹. & quod cōsumpti essent usque ad clausos carceris & extremos. Iuxta Heb. habetur. & non retentus & non relictus, & nō auxilians Israeli. Et nō locutus est dominus ad delēdum nomen Israel de sub celo: & saluauit eos in manu Ierobohā filii Ioaꝝ. Reuoca ad memoriam repetitas prophetias à tempore Ieroboham primi regis idolatræ comminantes quod in Israël nec retentus nec relictus erit: & perpende narrari nunc adimplatas fuisse prophetias, dicendo quod

CAPVT XV.

306

quod non retetus neque derelictus. Et est hyperbolica locutio, significans defecisse omnes tam retentos in frequentia ciuium quam habitos pro derelictis, paucissimi enim remanserat in Israël, ut numerus eorum in præcedenti scriptus capitulo testatur: & propterea tāquā executa cōminatione narratur diuina gratia ut nō penitus deleretur nōmē regni Israël.

Reliquum autem verborum Ieroboham & omnia que fecit & fortitudo eius qua pugnauit, & qua restituit Damascum & Chamath Iehudæ in Israël. Non dicitur restituit Iudeæ, sed restituit Iude in Israël: quia non regno Iudeæ (cuius olim, tempore scilicet priscorum regum, fuerant) sed regno Israël tanquam succidenti loco Iudeæ restituit. nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël: Dormiuitq; Ierobham cum patribus suis, cum regibus Israël: & regnauit Zecharia filius eius pro eo.

CAPVT. XV.

N anno vigesimo septimo Ierobham regis Israël: regnauit Hazaria filius Amaz'iae regis Iehudæ. Aduerte prudens lector quod si hoc intelligatur secundum supputationem annorum scripta, manifeste sequitur vacasse regnum Iudeæ annis duodecim. nā vt in præcedenti scripto est capitulo, iste Ierobohā coepit regnare anno quinto-decimo Amaz'iae regis Iudeæ: qui regnauit annis vigintinouē, vt in principio præcedentis capitulo scribitur. ab ultimo ergo anno Amaz'iae usque ad vigesimum septimum annum Ieroboham fluxerunt anni duodecim: ac per hoc iuxta istam literam duodecim annis vacavit regnum Iudeæ. Quod nō esse verū, scripta in præcedenti capitulo de isto Hazaria insinuat: sonatia quod incepit regnare etiā viuente patre: nullum ergo fuit tempus vacationis regni Iudeæ. Quia veritate supposita restat per hanc scripturā intelligendum significari, quod iste Ieroboham correagnauit patri suo Ioaꝝ annis duodecim: & istum vigesimum septimum annum supputari non ab initio quo regnauit Ieroboham succedēs patri, sed ab initio quo regnauit correagnando patri. Cōsonat autem scriptis in præcedenti capitulo quod Ierobohā correagnauerit patri: eo quod ei attribuitur salus Israëlis destructi usque ad retētos & derelictos, quae tamen destruktio fuerat tempore avi eius Ioaꝝ. hoc enim est signum q; ipse Ierobohā tempore patris sui Ioaꝝ saluauerit populum, & correagnauerit post quartū ipsius Ioaꝝ annum. Est itaque sensus litteræ quod anno vigesimo septimo à tempore

ij quo

QUARTI REG.

quo corregnauit patri Ieroboham rex Israel, regnauit, hoc est regnare incepit tanquam succedens patri Hazarias, & dicimus tanquam succedens patri, ad differentiam annorum quibus etiam ipse Hazarias regnauit viuente patre. *Filius sedecim annorum erat cum regnare incepit, viuente patre.* Ita quod in his duabus lineis diversimode sumitur regnare Hazariæ nam ætas sedecim annorum refertur ad initium regni eius viuente patre; *vigesimus septimus autem annus Ieroboham refertur ad initium regni eius mortuo patre, et quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalaim:* & nomen matris eius, Ichobah de Ierusalaim.

Fecitque rectum in oculis domini; iuxta omnia quæ fecit Amazias pater eius. Assimilatur rectitudo Hazariæ rectitudini Amaziae patris, quod ad hoc quod vterque fuit bonus in principio regni sui, sed postea vterque peccauit. Veruntamen excessa non abstulerunt: adhuc populus immolabat & thurificabat in excelso. Percusso autem dominus regem, & fuit leprosus usque ad diem mortis suæ. De hac percussione & lepra scribitur diffusè in 2. Paralip. cap. 26. & habitabat in domo libera seorsum. Superfluit seorsum, & appellatur domus libera à frequentia hominum & occupatione negociorum regni. Iotham vero filius regis gubernabat palatium, judicans populum terra. Reliquum autem verborum Hazariæ & omnia quæ fecit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Ichude? Et dormiuit Hazariæ cum patribus suis, & sepelierunt cum cum patribus suis in ciuitate David: regnauitque Iotham filius eius pro eo.

Anno trigesimo octavo Hazariæ iahu regis Ichude regnauit Zecharias filius Iarobham super Israel in Someron sex mensibus. Aduerte prudens lector quod si spectetur ad annos scriptos, inuenitur vacasse regnum Israel annis vigintiquatuor, nam à vigesimo septimo anno Ieroboham inchoando annos Hazariæ, sequitur manifeste Ieroboham mortuum fuisse quartodecimo anno Hazariæ (regnauit enim Ieroboham uno & quadraginta annis) & sic à quartodecimo anno Hazariæ usque ad trigesimum octauum annum eiusdem vacasse regnum Israel vigintiquatuor annis, quod esse falsum testantur tot usurpatores regni Israel in hoc capitulo subiuncti post mortem Ieroboham. Ad euitandum igitur hoc, intelligimus per hanc literam significari quod Hazarias decimo octavo anno Amaziae patris sui cœperit regnare. sic enim trigesimo octauo

CAPVT XV.

307

annus regni eius inuenitur quadragesimus primus annus regni Ieroboham: utpote qui cœperit regnare anno quinto decimo eiusdem Amaziae regis Iudeæ. Ita quod iste Zecharias filius Ieroboham statim succedit patri defuncto, & sex duntaxat mensibus regnauit. Et fecit malum in oculis domini, sicut fecerat patres eius: non declinanit à peccatis Iarobham filii Nebat, qui peccare fecit Israelem.

Coniurauit autem contra eum Sallum filius Labes, percussoque eum palam, iuxta Hebraum habetur. coram populo & occidit cum: regnauitque pro eo. Sententia est clara: & sic terminata est progenies regum ex domo Iehu. Reliqua autem verborum Zecharias, ecce ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel. Hoc est verbum domini quod locutus fuerat ad Iehu dicendo, filij quarti sedebunt tibi super solium Israel: & fuit sic.

SAllum autem filius Labes regnauit trigesimono anno Huria regis Ichude: regnauitque uno mense in Someron. Et ascendit Menachem filius Ghadi de Thirza, & venit in Someron, & percusso Sallum filium Labes in Someron: interfecitque eum & regnauit pro eo. Reliquum autem verborum Sallum & coniuratio eius qua coniurauit: ecce ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel. Tunc percusso Menachem Thiphach & omnes qui erant in ea. Nomen ciuitatis est Thiphach. & terminos eius de Therfa, Legendum est. à Thirza, quia non aperuerat, percusso. Et nomen est ciuitatis alterius ex qua oriundus erat iste rex. describitur enim quod percusso terminos illius vicinæ ciuitatis quo noluerat illi aperire portas ad recipiendum eum in regem vel que ad terminos eius conterminos Thirza, & omnes praegressus eius scidit.

Anno trigesimono Hazariæ regis Ichude: regnauit Menachem filius Ghadi super Israel decim annos in Someron. Fecitque malum in oculis domini non recepit à peccatis Iarobham filii Nebat, qui peccare fecit Israelem omnibus diebus suis. Veniebat Phul rex Assyriorum in Thersa. Legendum esset. Venit Phul rex Assur super terram, & non dicitur quod venit in Thersa. An autem venerit inuocatus à novo rege Israel ut fauore eius firmaretur in regno, an venerit oppressus regnum Israel & placatus argento ac submissione regis Israel non aliter oppresserit, non est usque quaque perspicuum. Stylus tamen Hebreus insinuat quod venit vocatus à rege Israel. familiaris siquidem est hebraico stylo præposterus ordo: & propterea

Qq iii signifi-